alibi de dispensationis a enā
dimittans sue miserieo dixisse
iuem̄ q multi qui adēnt uel
r̄sistendo uel p̄tempnēdo nō ac-
reperūt. Nō putandū ē sc̄m
dedisse rambz et margarinas
misisse aī porcos. Non em̄
eis dedit qui mpe nō poterūt
sed eis qui poterūt et siml̄ ade-
rant quos p̄t alior imūdinā
negligi nō oportebat. Et aī
eū temptatores it̄rogabant.
r̄ndebatqz illis im ut quid con-
diceret nō haberent quibz ue-
nemis suis contabescerent potn̄
q̄ illius cibo saturarent̄ alij
tamē qui mpe poterūt et illoz
ortatione multa utilit̄ audie-
bant. Alii aut qui digni ha-
bebunt sc̄ulo illo et resurrectione
ex mortuis neqz nubūt neqz
ducūt uxorē. Nō im̄ itelligē-
dū est q̄ digni tm̄ uel r̄surrec-

turi uel sine nuptiis futi sint. Idem autem id est patres uel minime resurrecturi sint credendi. Sed ita potius sententiū quod omnes et resurrecturi et absque nuptiis sint in seculo illo mansuri. Dominus autem saluator ut ad gloriam resurrectionis animas excitaret inquitur ad te electis solūmodo uoluit facere sermonem. Si autem in resurrectione neque nubunt neque ducunt uxores sed de his qui tunc possunt nubere tunc alia ratione non nubunt neque ultra mori poterunt quod non nubia propter filios. filii propter successionem. Successio propter mortem. Vbi ergo mors non est neque nubia.

¶ Equales enim angelis sunt et filii dei sunt tunc sunt filii resurrectionis. Equales angelis et filii sunt dei qui gloria resurrectionis inuolantur. sine ullo mortis metu. sine ulla labe corruptionis. sine ullo tremore status autem perpetua dei uisionem fruuntur ad quam ueritate est angelice dignitatis qualitate quod quibus tunc ascendere desiderant nunc ministeriis hiis condescendat.

¶ Quia uero resurgant mortui et moyses ostendit secus rubum sicut dicit dominus deum abraham et deum ysaac et dominum iacob. Ad operanda resurrectionis ueritate multo alius manifestioribus exemplis uti potuit et quibus est illud resurgere mortui et suscitabuntur qui in sepulchris sunt. Quicquid itaque quid

sibi uoluerit dominus hoc proferre testimonium quod uidetur ambiguum uel non satis ad resurrectionis pertinet ueritate. Sed saducei quique tamen libros moysi recipiebant per hanc uanissima respicientes. Stultum ergo erit inde proferre testimonia quorum auctoritate non sequebantur. Porro ad exemplum aiax probandum de moysi potuit exemplum. Ego sum deus abraham et deus ysaac. et deus iacob. statimque infert. Deus autem non esse mortuorum sed uiuorum ut cum probauit animas permanere post mortem quod illi inter cetera negabant neque enim poterant fieri ut eorum esset deus qui nequeque subsisteret et seorsum introduceret et corpus resurrectionis quod tunc animabus bona mala uel gesserunt.

¶ Omnes enim uiuunt ei. Omnes uidelicet illi quorum dominus est deus uiuunt ei utique uita uera qua iusti uiuunt etiam quam corpus moriunt. de qua alibi dominus ait. Qui credit in me etiam si mortuus fuerit uiuet. Crede ergo et si mortuus fueris uiues. In autem non credis et tunc uiuus mortuus es. Vidua que in delictis est uiuens mortua est.

¶ Respondens autem quidam dixit. Magister bene dixisti et amplius non audebat cum ista qua interrogare. Dominus per sacerdotum saducei et scribe quod res occasione calypnie et uerbum aliquid iuente quod patet nisi dominus quod in sermonibus dicitur sit

ultro nō interrogant. sed aptissime
 comprehensū romane timorē p̄tati.
 Ex quo intelligim⁹ venena iudice
 posse quidē superari. sed diffinile con-
 quiescē. **¶** Dixit autē ihs ad illos.
Quō dicit xp̄m filiū dauid esse.
 et ip̄e dauid dicit in libro psalmo
 r̄i. **¶** Dixit dñs dñō meo sede a
 dextris meis. co. po. n. tu. sm. pe.
tuoz. Dauid ergo dñm illū vocat
 dñm et quō filius eius ē. Interro-
 gano ihesu nobis p̄tari usq; ho-
 die contra iudeos et h̄m em̄ qui
 asserunt xp̄m esse venturū hoīem
 simplicē et sanctū virū assenserūt
 de gn̄e dauid. Interrogemus ergo
 eos docti a dñō si simplex hō est
 et tm̄ filius dauid. quō dauid
 vocet eū dñm suū. **¶** Nō at̄ r̄pre-
 hendunt q̄ dauid filiū dicit.
 sed q̄ filiū dei nō credit. **¶** Inq̄t
 ip̄e et dñs dauid est deus ante
 t̄p̄a manēdo et filius dauid ap-
 paruit homo in t̄p̄m sine nascē-
 do. **¶** Et at̄ a p̄tē subiacūt̄ im̄mū
 nō infirmitatē filij sed v̄nitatē
 nē qua in altero alt̄ opat̄ sigt̄.
¶ Nā et filius subiacūt̄ im̄mōs p̄a
 q̄ p̄tē clarificat sup̄ terrā. **¶**
Audiente autē om̄i p̄plo dicit dis-
cipulis suis. Attendite a scribis
qui volunt ambulāe in stolis
amant salutationes in foro et
p̄mas cathedras in synagogis
et p̄mos discubitus in diuinis.
Ambulare in stolis cultoribus
ornatoribusq; vestimentis iudeos

ad publicā p̄cedē sigt̄ i quo cet̄a
 diues ille qui epulabatur condie
 splendide petasse describit. **¶** No-
 tandū autē q̄ nō salutari in foro
 nō p̄mos sedē uel discubē nemt̄
 eos quib; hor officij ordiē ope-
 tit. sed eos immiriū qui h̄t sine
 habita seu t̄tē nō habita itebire
 amat. fidelib; quibusq; q̄ r̄pro-
 bos doret eē auēdos aīm videt̄
 nō gradū iusta districtiōe r̄dar-
 guens q̄uis et hor culpa nō ca-
 reat. si itē in foro litib; intesse
 que in cathedra moysi synago-
 ge maḡi desiderat appellari.
 Dupliā rōne sane a vane gl̄e
 cupidis attendē iubem⁹ ne salū
 eoz uel simlacione seducam⁹
 estimantes bona eē q̄ faciūt ul̄
 emulacionē i flammē frust̄ gau-
 dentes i bonis laudantq; simulat̄.
¶ Qui deuorat domos viduar
 simulantes longā oronē h̄m am-
 piūt dampnationē maiore. **¶** Nō tm̄
 ait accipient dampnationē. s; ad-
 iūit maiore ut iūmuet etiā il-
 los qui in angulis stantes orat̄
 ut videant̄ ab homib; dapna-
 tionē meri. **¶** S; eos qui h̄t plur̄
 q̄ religiosos agendo nō solū
 laudes ab homib; sed etiā pecu-
 nias q̄rūt plur̄iori dampnationē
 plectendos. **¶** Sūt em̄ qui se iustos
 et maḡm apud deū meim̄ simu-
 lantes ab iſt̄is quibuslib; et
 p̄roz suozū consciencia turba-
 tis q̄ patrom pro eis i iudicio

sunt pecunias ampe non dubitant
 et tamen perfecta manus pauperi
 presertim iuuare soleat. illi ob hoc maxime
 in partibus ut pauperi numerum tollant
 pnoctant. Quibus illa inter
 maledictio homineito agruit cum
 iudicat exeat adempnari et
 oratio eius fiat in partem. Condeper-
 natus quippe cum iudicat exeat
 et orationem suam in partem recipit
 quae magne nunc estimanone apud
 homines habitus in domino tunc erat
 anime non solum non pro aliis se in-
 teruenire sed nec sua sibi mei-
 ta sufficere posse deprehendit immo
 ipsarum quibus humanum iudicium se-
 fellit partem inter cunctas penas luit.

R
Espineo
Capitulum xxi.
 aut vidit eos qui mitte-
 bant munera sua in gazo-
 philatio diuites. Quia sermone
 greco philare dicitur et gaza lingua
 persica diuicie vocantur. Gazo-
 philatum locus appellari solet
 quo diuicie seruantur. Erant autem
 artha foramen desuper posita inter
 altare ad dextram ingredientibus
 domum domini in qua ponebant
 sacerdotes qui custodiebant hos-
 tias omnem pecuniam que deferrebat
 ad templum domini atque ad istau-
 rationem eiusdem templi seruabat
 lege verba dicit. Etiam qui nunc
 orantes in domo domini discutit
 ipse quoque dona ferentes res-
 picit et que dignum videat lau-
 dat que reprobum dampnat.

Vidit autem et quadam paupercula
 mittente erant minuta duo et dixit.
 Vnde dico vobis quod vidua haec pau-
 per plus quam omnes misit. Hic nobis
 locus quidem moraliter innuit quod sit
 acceptabile deo quicquid bono animo
 optulerim qui cor mundum et
 non seipsum pensat nec expendit
 quantum in eius sacrificio sed ex quo
 toto profert. Iuxta vero leges alle-
 gorie diuites qui in gazophila-
 tio munera mittebant. Iudeos
 de iustitia legis elatos. Porro
 vidua pauper erant simplicitate
 designat quae recte paupercula vocantur
 quod vel superbie spiritum vel partem tantum
 mundi diuitias abiecit. Vidua
 vero quod vir eius pro ea morte per-
 tulit. et nunc in rebus penetrabilibus
 ab eius oculis occultus qui in pre-
 altius regionis viuunt. Hec in
 gazophilatum erant minuta duo
 mittit. quod in conspectu domine ma-
 iestatis qua nostri operis oblatione
 qui certo numero scripta et signata
 seruantur. siue dilectione dei et
 premi seu fidei orationisque siue
 proprie iniquitatis innumera. si mei-
 to pie deuotionis accepta. omnis
 superborum iudeorum operibus prestant.
 Quia omnes hi ex habundanti
 sibi miserunt in munera dei hec
 autem ex eo quod deest illi omnem videri
 suum que habuit misit. Ex
 habundanti sibi iudeus mittit
 in munera dei qui de iustitia sua

psumes her apud se orat. Deus
gras ago tibi qz nō sicut ceteri sū
hōmī mptores iusti et cetera.
Dēm aut viciū suū etiā in dei
munera mittit que omē qd
vult nō sui meiū sed dei esse
muneris itelligit dices. Deus
pprius esto mī pīōr. Et alibi.
Fortitudinē meā ad te nūsto
diā qz tu es deus susceptor me
deus meus miā eiū puenet
me. *Explicit lib. qntus. Incipit*

Aliber sextus
Vni sapientissimū
regū salomō in
figurā xpī et etiā
templū dno dēt
hoc quoqz int̄ rem nō icidentibz
figurā p̄ponebat exemplis.
qz adueniēte tandē et apparēte
rex illaz veritate ac luce. mox
omīs illa vmbriaculis ut ita di
cā et ymaginaria cōpō tyroz
esset penitus auferenda. P̄
factā nāqz de lapide et auro et
ligno icompandi opus domū
misit et figurā creditur de gē
tibz ppli h̄m̄ de thyro filium
mulieris vidue haut dubiū
qz illius q̄ sup̄ duos nūmos
i gazophilano mittēdo plus
omībz misisse laudat. De tri
bu inqz neptalim p̄re tyro ar
tificio carū et plenū sapiētia
et itelligenā et dōna. Diā
at vasa que fecit h̄m̄ r̄gi sa
lomom in domo dñi de auri

calto emitt i m̄pestri r̄gione ior
dane fudit ea rex i argillosa
a tra. Qui omīa vasa nō dur
nū sed sacri ope fecit p̄us m
nūmū ad similitudinē cuiusqz va
sis figmentū lutū formabat ne
cessariū quidē donec opus vasis
expleret. Vex postea nō illis mō
v̄sibz aptū. sed etiā ut p̄fō vasis
appareret absqz ulla dubietate
frangendū. Quasi ergo forma
de argilla terminome legales
aīcedūt. ut dona vitatis euan
gelice q̄ vasa de auriculo suare
dant. Cōposita pro tpe testa vi
lis attēnt̄ ut fulgor ornāmēti
p̄māsisibilis qui latebat ostenda
tur. Cū vitule iquinatos q̄
suscipabat tollat̄ et tūc xpī q̄
mūdū r̄dimat p̄dicet. Inūbe
te tpe quo mare encū cui v̄n
da v̄nificatrice tūcti etiā m̄
turi baptizent que colupne le
gis gēne q̄ lilia p̄ capite gestā
tes. xpō deuotaz ianuā h̄m̄ ite
firment omī quo bis luteris
qm̄ opm̄ mōz abluendū hos
tīs pati quo innumera demqz
vasoz electionis milia ad mō
tē templi deferant. Soluit ar
gillosa terrā q̄ in campestri re
gionē diuicū her occulta tege
bat hoc est emmēte p̄mo do
minice passionis. p̄ quā r̄on
dita dudū h̄m̄ velamēto etiā
sacramenta patefcerēt. labi
atqz paulatī destrui iā incipit

illa celestium occultatæ umbra scate
 tor. vñ recte post oblationem vi
 due paupis. id est eam fidem
 omni ore laudatam euangelista se
 cutus aduenit. **¶** Et quibusdam
 dicentibus de templo quod lapidibus
 bonis et domus ornata esset dixit
 her que videtis veniet dies in
 quibus non remanet lapis super lapi
 dem qui non destruat. Erat nam
 quod prius iherusalem urbs illa magna
 legalis ubi templum famosissimum
 fuerat deo constructum. Postea vero
 quando venit ille qui erat rex tem
 pli dei et iherusalem celestis cepit a
 perire misteria deleta est illa ter
 rena ubi celestis apparuit et in
 templo illo non remansit lapis
 super lapidem. Erat prius pontifex
 sanguine taurorum et hyrorum pun
 ficans populum. Hic ex quo venit
 verus pontifex propter uerum illum
 ei creatus est locus. Altare fuit
 prius et sacrificia celebrabant.
 sed ut venit verus agnus qui
 seipsum optulit hostiam deo tunc
 illa uelut pro tempore posita cessa
 uerunt propterea sane omnia dispen
 sano primum ut et ipsa ciuitas
 et templum et omnia per subirent
 ne qui forte adhuc puillus et
 lactans in fide si uideat illa res
 stant dum sacrificiorum ritum. dum mi
 nistorum ordinem attomitur super
 ipso diuisarum formarum impetum in
 tutum. Hic prouidens deus infirmi
 tati nostre et uolens multiplicari

etiam suam omnia illa subire fecit
 et penitus auferri ut sine ulla
 otatione illis cessantibus her esse
 uerum pro quibus in illis typus pre
 cessit nederem. **¶** Interrogabat
 autem illum dicentes preceptor quoniam
 erunt et quod signum tuum fieri sapient.
 Quia laudantibus quibusdam edifi
 cationes templi. Dominus palam res
 pondeat her omnia fore destruenda
 discipuli secreto sedente eo super
 montem oliueti sicut matheus quod
 marcus testantur tempus et signa
 preter destructionis interrogat. **¶**
 Qui dixit uideate ne seducamini
 multi uenient in nomine meo dicentes
 quod ego sum et tempus appropinquabit.
 Nolite ergo ire post illos. **¶** Multi
 in imminente iherosolimorum exa
 dio principes extiterunt qui se esse
 christos tempusque libertatis iam iam
 appropinquare referret. **¶** Multi in
 emia ipsis etiam temporibus apostolorum her
 sias the predicere. qui inter alia pluri
 ma ueritati contraria dicebant omnia
 ista prederent. Quos apostolus
 in epistola ad tessalonicenses dicit
 nat. **¶** Multi in nomine christi uenire
 antichristi quorum primus est sermo ma
 gis cui sicut in actibus apostolorum legimus
 auscultabat omnes qui in samaria
 erant a minimo usque ad maximum
 dicentes. hic est uirtus dei qui
 uocat magna eo quod multo tempore
 magis suis dementisset eos.
¶ Cum autem audieritis filia et sedi
 ciones nolite iren oportet primum

her fieri sed nondū statim finis.
Plia ad hostes pertinet. sed in oēs
 ad rudes q̄ vnaq̄ a tpe om̄ne pas
 sionis in ip̄lo iudeoz qui sibi p̄
 saluatore seditionū latronē ele
 git sansq̄ sup̄ constat habun
 dasse. **S**ed hys p̄mittētibz apli
 ne feriant ne iherusolimā iudēā
 q̄ deservit amonēt q̄ videlicet
 nō statim finis qui ī q̄dragesimū
 potius differenda sit anū id est
 desolatio p̄nē sup̄mūq̄ vrbis ac
 templi sequat̄ exardū. **T**ur
 dicebat illis surget gens cont̄
 gentē et regnū adūsus regnū
 et tremotus magni erūt p̄ loca
 et pestilencie et fames. **C**onstat
 her ante finē desolationis tēpli
 hoc est tpe iudae seditionis ad
 hūm̄ contingisse. **P**t̄ at̄ regnū
 cont̄ regnū et pestilētiā eoz q̄
 sermo serpit ut cancer. et fames
 audiendi v̄bū dei et om̄cio vin
 uerse fite et a vera fide sep̄ando
 et ihericis itelligi qui cont̄ se iū
 fem̄ dmittantes emē victoriā fa
 ciūt. **T**errores de celo et signa
 magna erūt. **E**t hoc tpe eodē
 opleta q̄sq̄ iosephi historiā legit
 inemet. **F**lam et stella gladio
 silis ut p̄hibet p̄ anū totū sup̄
 iherusolimā pendēs in fausto
 trepidos rudes portēto fiebat et
 currus intē equitesq̄ armati
 p̄ acra discurrē ac morē bellā
 tū imitari p̄ dies xl. s̄ visi.
Sed et vitula sacrificis ad mo

ta int̄ imolantū manus em̄pa
 ē agnā. quo aut̄ her meito on
 gerit p̄tinus subinfert̄ cū dī.
Sz ante her oīa iuāent uob̄
 manus suas tradentes ī syna
 gogis trahētes ad reges et psi
 des p̄pter nomē meū. **P** q̄ppe
 iudae genti uel sola ul̄ max
 ima causa exiti fūeat. q̄ post
 om̄ saluatoris ordōnē noīs q̄
 eius p̄rones siml̄ et ofessores
 ip̄ia crudelitate v̄erant. **C**ō
 tinget at̄ vobis in testimoniū.
Testimoniū videlicet quoz ut eoz
 qui aut̄ p̄sequēdo mortes īferūt
 aut̄ videndo nō imitant̄. **M**ors
 q̄ppe iustoz bonis ī adiutorū
 est malis ī testimoniū ut inde p̄
 uersi sine excusatiōe pereat. v̄n
 electi exemplū capiant ut viuāt.
Sz auditis tot̄ crōtibz turbari
 poterunt iherimoz corda atq̄ iteo
 desolatio adūsū cū p̄tinus sub
 fert̄. **P**om̄te ergo ī cordibus
 v̄ris nō p̄meditai q̄ admodū
 r̄deatis ego enī dabo vob̄ os
 et sapiam̄ cui nō poterit r̄sistē
 et cont̄dicē om̄s adūsū vestrū.
Ar si apte membris suis iherimā
 tibus dicat. **N**olite terrei noli
 te p̄tinere vos ad inamē aere
 ditis. sed ego p̄hor. vos v̄ba edi
 tis. sed ego sū qui loquor. **T**
Undem̄ aut̄ a p̄ntibz et fili
 et cognatis et amnis et mor
 te affinet̄ ex vobis et eritis
 odio om̄ibz p̄pter nomē meū.

Amore dolore mala igerunt que
 ab extantibus inferunt. plus vero in
 nobis ea tormenta sentiunt quam ab
 illis patimur de quorum mentibus pre-
 sumebamus. quod cum dampno cor-
 poris mala nos trahunt amisse mi-
 tatis. **Sed** quod dura sunt que predicantur
 de afflictione mortis penitus con-
 solatio subdit de gaudio resur-
 rectionis non dicitur. **Et capillus**
de capite vero non pibit. **Hinc**
 quod caro insus dolet capillus insus
 non dolet. **Aut** ergo membris suis.
Capillus de capite vero non per-
bit videlicet apte dicitur. **Cur**
 timetis ne peccat quod insus dolet
 quoniam et illud in vobis peccat non
 potest quod insus non dolet. **Alit** ca-
 pillus de capite discipulorum domini
 non pibit quod non solum forma que
 gesta vel dicta sunt de quibus dicitur
 dominus. custodit omnia ossa eorum sed
 et volatilis ut ita dicitur ac tenuis-
 sima fidelium cogitationum super-
 ficies que de omni cordis radice
 quasi de cerebro cesaries exit a-
 pud iustum iudicem servata dig-
 mercede donabitur. **Unde** et recte
 propheta ut bonorum etiam cogitatio-
 num merita domino que sunt accepta
 remunerat. **Et** Eliquis inquit cogi-
 tationum die festum agent tibi.
Unde etiam nazarem in lege type
 consecrationis comam nutrire iube-
 tur et novacula super caput sa-
 muelis non ascendisse prohibetur.
At contra mulier captiva ut videtur

israhelice queat nubem miserat a
 lep ut emere cogitare meant omne
 sui corporis pili papiunt emere.
Quia videlicet omnis sapientium co-
 gitatio que bona placet et per-
 ferta est saluat imperium et apud dominum
 est merces iustorum. **Sultorum** vero
 pravorumque qui dei aspectibus indigna
 radice optimi cogitatio penite-
 re debet exandi. **Et in patientia**
vera possidebitis animas vestras. **Idcirco**
 possessio anime in virtute pacis po-
 nitur. quod radice omnium custoditque virtutum
 patientia est. **Patientiam** vero possi-
 demus animas nostras quod dominus nobis
 mentis dominam disam. **hinc** ipse
 inquit possidet quod sumus. **Hic**
 enim conditio mulier sumus ut ro-
 animam et anima corpus. **Aut** vero
 anime a corporis possessio repellit
 si non prius anima a ratione posside-
 tur. **Custodit** igitur conditionis
 nostre patientiam dominus esse monstrat
 qui in ipsa nos possidet nosmet
 ipsos docuit. **Patientiam** autem veram est
 aliena mala equanimiter pen-
 contra eum quoque qui mala inro-
 gat nullo dolore moueri. **Quia**
 qui sic penam mala portat ut
 tamen tantus doleat et tempore
 digne retributionis quare patientiam
 non exhibet sed ostendit. **Et**
 autem videritis circumdantem ab ex-
 territu iherusalem tunc scitote quoniam ap-
 proquinabit desolatio eius. **Hic**
 tenet ea que per sex annos necesse
 sine aduemente futura erunt hic

ipse fimo de solatione q̄ a rōno
 exenti facta ē om̄i v̄bis expōit.
¶ Tūc qui in iudea s̄ fugiūt
 in montes. **¶** Eriāstira narrat
 historia. cūctos qui ī iudea em̄t
 xp̄ianos im̄nēre iherusolimo
 r̄i exadio im̄onitos a dno lo
 ro decessisse et t̄is iordanē ī
 ciuitate quadā bella noīe don̄
 desolatio iudee x̄pletur habitas
 se. **¶** Et qui ī medio eius dis
 cedant et qui ī r̄ionibz non
 m̄rent in eā qui die iulionis
 h̄i s̄ ut im̄pleant̄ om̄ia que
 s̄pta s̄. **¶** Vider̄ quītē p̄tine ad
 ogruā admom̄ionē ut q̄ exen
 t̄ nō in eā m̄rent. qui ī medio
 s̄ quō discedēt ab exenti iam
 ciuitate ar̄udata nisi forte q̄
 p̄misit tūc id ē tūc qui ī iudea
 s̄ fugiant. nō ad ip̄m t̄p̄s obli
 dioms sed ad p̄m̄ū aū obli
 dioms temp̄. cū se p̄mo miles
 roman̄ p̄ galilee et samarie
 fines repisse diffundē p̄tine di
 cimus ut tūc fugē cū fugē ad
 h̄ur temp̄ ess̄ acceleraret dies
 aūt vltioms h̄i s̄ om̄re videlic̄
 sanguis vltionē petentes. **¶**
¶ De aut̄ p̄gnantibz et nutenti
 bus. **¶** De presente captiuitate
 p̄gnantibz et nutentibz siue ī
 am̄m̄tibz ut quītē im̄p̄tant̄
 quaz uel vetēi man̄ filiorū
 sac̄ma p̄grauate fuge n̄c̄ita
 tē nō minimū īpediūt. **¶** Lege
 regū histor̄ā ubi v̄xor ionathe

malū captiuitatis p̄p̄em fuga
 uitanti lapsū sinu filii p̄petuo
 claudū rapit. **¶** Er̄t em̄ p̄s
 sum magna sup̄ terrā et in
 ip̄lo h̄ur. **¶** Hec pressum et in
 ip̄lo illi usq̄ hodie p̄ om̄s gen
 tes disp̄so iduindua r̄omes ad
 h̄et nō tamē ier̄nū adhelum
 necenda est. **¶** Nam postq̄ or
 om̄e euistē pressire uel ire
 d̄is ōndēt d̄icēs. **¶** Et m̄dēt
 ī ore gladii et captiuū d̄icent̄
 et om̄s gentes et iher̄m m̄la
 bit̄ a gentibz. **¶** Om̄is uir̄ p̄phe
 cia que c̄mit in m̄a m̄ie m̄cōr
 etis. subuēit atq̄ ait. **¶** Do
 nec im̄pleant̄ t̄pa nationū. **¶** T̄pa
 quippe nationū illa q̄ im̄emo
 rat̄ apl̄is d̄icens. **¶** Quia cen
 tas ex p̄te facta ē in isrl̄ donec
 plenitudo gentiū m̄tinet et
 sic om̄s isrl̄ saluus fiet. qui
 tū p̄missa salute fuit potit̄
 patrū quoq̄ rediit̄ ad solū
 et metropolis quondā sue pos
 sessione atq̄ ihabitanōe gau
 surus eē. forsitan nō temere
 sp̄at̄. q̄ nō īp̄petuū sed donec
 t̄pa nationū im̄pleant̄ in p̄
 mendus eē narrat̄. **¶** Q̄d aut̄
 im̄pletis nationū t̄p̄ibz et sic
 oī isrl̄ saluato sequat̄ d̄ns ex
 ordine manifestat̄. **¶** Nam et
 sc̄dm̄ matheū īterrogabat̄ dis
 cipuli nō solū templi cūrendi
 tempus. sed et signū aduēn̄
 eius et c̄sumationis seculi q̄

rendo. **¶** Et erunt signa in sole
 et luna et stellis et in terris pres-
 sione gentium **¶** Confusione somni
 maris et fluctuum. **¶** Quia ergo
 sicut dicitur in scripturis immutat ap-
 parente vniuersali iudicio. celum
 et terra transibunt et sicut in iohannis
 apocalypsi legitur. **¶** mare iam non
 erit eodem modo iudicio so-
 nitus maris et fluctuum confusio.
 terrarum orbis presentibus se iure
 coloms inquit maxime relictis
 na passis horrore nouo modis
 turbata facie uelut et quod impulse
 ad casum arbores frigidis uentis
 sui presentibus solent iudicia sic non
 appropinquante quod pauca nutant
 ac tremunt elementa. et quod ait ma-
 theus sol obscurabitur et luna non
 dabit lumem suum et stelle cadent
 de celo. **¶** Ipsum iudicium presentibus signis
 quod apparetem uera gloria lucis.
 omnia mundi lucis tenebris umbrisque
 operantur. **¶** Quod uero dicitur lucis. **¶** Erunt
 signa in sole et luna presentibus
 uiam euisse iudicium quod uisus
 iudicat. **¶** Equibus est et illud p-
 phete. **¶** Sol uertetur in tenebras
 et luna in sanguinem antequam uen-
 et dies omni magnus et magnus
 festus. **¶** Ita quod lucis ait et in terris
 pressura gentium. ipsum esse reor
 quod antypri tpe describens ma-
 theus dicit. **¶** Erunt enim tunc tribu-
 latio qualis non fuit ab initio
 mundi usque modo neque fiet. **¶** Quod
 autem lucis subulgit presentibus

sonitus maris et fluctuum pro est
 illius quod in terra mirabilia scilicet
 iohannes mare habiturum asperit
 Arescentibus hominibus presentibus timore et
 expectatione quod superuenerit orbi
 vniuerso nam uirtutes celorum moue-
 bunt. **¶** Credo ipsum iudicium adue-
 tum habet signa designari quod iuxta
 alterius loci parabola omnis hoc est
 prudentes et fatue uirgines insolito
 clamore suscitare lampades or-
 nant id est sua seculi numerant opera
 pro quibus maxime cum timore iudi-
 cii vniuersus pene orbis acturus
 est apostolo attestante qui ait. **¶** Cum
 enim dixerint pax et securitas tunc
 repente eis superuenerit irentibus.
¶ Tunc itaque superuenerit vniuerso or-
 bi timore et expectatione distri-
 exantibus. multi qui in hoc mundo
 flore uidebant cum se sine fructu
 aspererint arescent tunc fides quod
 sine operibus uirucant presentibus se
 iusti iudicis igne marcescet.
¶ Nec mirum homines hoc est uel non
 uel sensu terrestres ad eius iu-
 dicium turbant cum aspectum et ipse
 celorum uirtutes hoc est angelice po-
 testates tremunt. **¶** Quod quoque iohannes
 attestante qui ait. **¶** Colupne tunc
 tremiscent et pauent aduentum
 eius. quod ergo fuerit tabule quod
 tremunt colupne. **¶** Quod uirgula
 deserti patitur. **¶** cum reditus paradisi co-
 autur. **¶** **¶** Et tunc uidebitur filium
 hominis uementem in nube cum presen-
 te magna et maiestate. **¶** In presentibus

te et maiestate visum si que in
 humilitate positi audire noluerunt
 ut virtute eius tanto tunc districtio
 sentiat quanto tunc reuertit cordis ac
 eius paciam non inclinatur. **H**ic quia
 her contempit probos dicitur si mox
 ad electorum consolationem verba ve
 runt. **N**am sequitur. **Q**uis autem
 fieri sapientibus respiciat et leua
 te capita vestra quam appropinquabit
 redemptio vestra. **C**um plaga inquit
 mundi crebrescit cum terror uidi
 ni virtutibus motus ostendit. le
 uate uos capita et exultante
 corda quia dum finit mundus tui a
 minis non estis. ipse sit redemptio
 quam quesistis. **I**n scriptum etenim
 facta sepe caput pro mente ponitur.
 quia sicut capite regunt membra
 ita cogitationes mente disponunt.
Leuare itaque capita est mentes
 nostras ad gaudia patrie celestis en
 gere. **Q**uia autem calami mundus ac
 despicia debeat puuda dominus com
 panone manifestat. **N**am sequitur.
Quod dicit illis similitudine vide
 te ficulnea et omnes arbores cum
 producit iam ex se fructum scitis quam
 ipse est estas. **I**ta et uos cum vi
 detis her fieri scitote quam ipse
 est regnum dei. **A**pte ergo docet
 quia sicut ex fructu arborum futurum
 estas agnoscat. ita ex ruina mu
 di ipse esse cognoscat regnum dei.
Quibus profecto verbis ostendit
 quia fructus mundi ruina est. **A**d
 hoc enim cretat ut cadat ad h

germat ut quod ginnauent da
 dibus sumat. **V**ni autem regnum dei
 estati comparat quia tunc meritis
 mundi nubila tunc sunt et vite dies
 enim solis claritate fulgescunt.
Que omnia cum magna inuidie
 confirmant cum summa subiungit qua
 dicit. **A**men dico uobis non pre
 terit gnatio her donec omnia fiant.
Multum quippe commendat dominus quod
 ita pronuntiat. **Q**uodammodo enim
 si dicit factus est. uirago eius est.
 amen dico uobis. **A**men interpretatur enim
 uerax et tunc non est interpretatum tunc
 posuisti. **D**icit. uerax dico uobis.
Her grauis interpretatur ausus est
 facere nec latinus. **H**ic mansit non
 est interpretatum ut honorem habet
 velamento secreti non ut eum ne
 gatum sed vilescit nudatum. **A**git
 uini dico uobis ueritas dicit. **Q**uia
 utique et si non dicit mentem omnino
 non posset. tunc commendat inuitat
 dormientes quodammodo eximat in
 tentos facit contempni non uult.
Amen inquit dico uobis quia non
 preterbit gnatio her donec omnia
 fiant. **G**nationem autem aut omnem
 hominum genus dicit et spatium in
 deorum. **C**elum et terra transibunt
 uerba autem mea non transiet. **C**elum
 quod transibit non etherum siue spher
 rum. sed aerem a quo aues celi
 et nubila celi agnoscant intelligere
 debemus petro attestante qui dicit
 quia celi erant prius et terra de aqua
 et per aquam consistens uerbo dei per quem

ille mundus tunc perit celi autē
 qui nunc est facta eodem verbo repositi
 si igne reseruat in die iudi-
 cii et perditionis hominum ipsorum ap-
 te torrens quod non alii celi si igne
 pitum hoc est iama her et nubi-
 losa ventosi aens spacia. Neque
 enim aqua diluuii que xv. mē-
 cubitis motū manūna trāsen-
 dit ultra aeris etheris quod prima
 puenisse credenda est. Quoniam
 quod aut puenire potuit eo nim-
 rā iuxta p̄fata huius p̄mī smāz
 fit et ignis iudicii pueniet.
 Si aut celi et terra trāsbūt
 mouē p̄t quō dicat emāstēs.
 Genemno p̄tent et gnāno ad-
 uent facta vero ietnū stat. Hic
 apm rōe celi et facta p̄ eā quā
 nūc habent ymagine trāscūt.
 et tū p̄ eēntiā sine fine trāsbūt.
 P̄terit em̄ figura huius mundi.
 Et ad iohāne angelus. Er̄t in-
 quit celi nouū et facta noua. q̄
 nō quidē alia d̄denda s̄t. sed
 her ipā r̄nouant. Celi igit et
 terra et trānsit et er̄t. q̄ et ab
 ea quā nūc habz sp̄e p̄ ignē
 tergit et tamē in sua sp̄e natā
 s̄t seruat. Vñ p̄ psalmistā d̄.
 Mutabis ea et mutabūt. Quā
 quidē ultimā d̄mutionē suā
 ip̄s nobis nūc viāssitudinibz
 nūntiant quibz m̄is usibz īdesinē-
 ter alt̄nant. Nā terra a sua sp̄e
 hyemali ariditate desinat v̄nali
 tpe v̄ndesat. Celi cotidie ali-

gine noctis obduat et diuina r̄ai-
 tate r̄nouat. Hinc ergo fidelis
 quisq̄ colligat et iterne her et
 tamen p̄ iuocationē r̄fiāq̄ d̄stat
 nūc assidue uelut ex defectu re-
 parari. **Attendite vobis at̄ ne**
forte ḡmuent corda v̄a in ampullis
et ebrietate et curis huius vite et
sup̄ueniat i uos r̄pentina dies illa
inimiq̄ laqueus em̄ sup̄ueniet i oēs
qui sedent sup̄ facē terre. Ostul-
 tum p̄sup̄tionē cordis hūmā q̄
 lamentabilē finē cupiditatis eb-
 etatis et crapule nec ip̄o uindire
 d̄testante p̄uideat. sed eductū r̄gis
 eterm more serui neq̄ postq̄ d̄-
 dicit s̄ynat. Et t̄re si qui nobis
 pitus at̄ sapiens medicus p̄cipet.
 Attendite inqueēs uobis ne qui
 v̄bi gratia de illius uel illius her
 be succo auditis sumat qd̄ nisi
 fecit r̄pentinus ei sup̄ueniet in-
 tentus. qm̄ quisq̄ studio p̄monē-
 tio medici mandata seruaret.
 ne videlicet uetitiū gustando p̄ret.
 At nūc aiāz siml' et corpm̄ sal-
 uator at̄ d̄ns iubet ebrietatis h̄-
 bam at̄ ampule vitandā nemo
 et curis scilicet uelut mortife-
 ros succos eē cauēdos. et quanti-
 tū nr̄m huius nō solū sauciari. s̄
 d̄sumi nō timēt. Nulla t̄redo alia
 causa nisi qd̄ fidē quā medici p̄e-
 bent dicitis d̄m̄ p̄bere d̄tempnūt.
 Si em̄ t̄redidissent. credendo utiq̄
 timeret timēdo at̄ impendēs pi-
 culū cauēret. Sed illi econt' tor-

ul' ipse
N

de hoc mūdo esset transiurus uel
nos salubri transitu q̄ de egyptia
seruitute dūcturo. hoc sane uir
ueteris testamēti hāc mō pascha
et azyma distat q̄ pascha ip̄e
solus dies appellat̄ in quo agnus
ocidebat̄ ad uespam. hoc ē x̄m̄
luna p̄m̄ mensis x̄o. at̄ luna
q̄n̄ egressū de egypto succedebat
festiuitas azymoz. Cuius septē
diebz id ē usq̄ ad xxvī eūstē
mensis diem ad uespam est
statuta solempnitas uex euāgelij
scriptura indifferēt et diē azymo-
rū pro pascha ponē solet. Dicit
em̄ lucas diē festus azymozū
qui d̄ pascha. Itē iohānes cū
p̄mo azymoz id ē x̄o. luna agēt
ait. q̄ et ipsi nō introierūt in
p̄torū ut nō otammarent. sed
manducaret pascha. q̄ vidēz
et pasche dies in azymis panibz
ē celebrari et nos q̄ pascha i
p̄petuū facientes sp̄ ex hoc mū-
do trāire p̄cipim̄. vna quippe
die agno imaculato ad uespaz
septē ex ordīe sequūt̄ azymoz.
q̄ xp̄s ihs semel in ple p̄ nob̄
in plenitudine tēp̄ passus in
carne p̄ omē nobis huius seculi
tempus qd̄ septē diebz agit̄ in
azymis sinceritatis et ueritatis
p̄cepit esse uiuendū totoq̄ sp̄
in su desideria seculi q̄ egypti
r̄tmanila fugē et q̄ a munda-
na diuasiōe secretā solitudinē
it̄ nos admonet subire uirtū.

et p diebz azymoz

¶ Et q̄rebant primap̄es sacerdotū
et scribe quō eū interficēnt timebāt
uō plebē. **¶** Mer̄ aut̄ biduū pasche
ogregatis primap̄ibz sacerdotū et se-
moribz ppli ac scribis in atrium
carphe maris asta testat̄. Time-
bant uō plebē nō seditionē me-
tuētes. sed auentes ne aurelio
ppl̄i de suis manibz toller̄. **¶** Int̄
uit aut̄ sathanas i iuda q̄ uocat̄
sarioth vnu de duoden. Scribit
in euāgelio suo iohes q̄ cū intrare
uisset dñs panē dedit uide symon
sariothis et post butellā tunc
intrauit i illū sathanas. **¶** H̄ non ē
sarioth luce. qui eū et aū butel-
lā a sathana inasū iā esse dñe
morat. q̄ quē nūc m̄fuit ut ter-
pet postmodū intrauit ut sibi iā
traditū plenis possidet. **¶** Tunc
intrauit q̄ alienū ut temptaret tūc
ut q̄ p̄p̄m̄ ad q̄n̄q̄ uellet agē-
da noria t̄n̄hēt. **¶** Et abiit et
locutus est cū primap̄ibz sacerdotū
et m̄gratibz q̄ad modū illū tra-
det eis et auulsi s̄. **¶** Q̄ dixit abiit
et locutus ē ostendit nō primapi-
bus iuitatū nō nulla uirtute rō-
stritū sponte p̄p̄ia scelente mē-
tis misse osilū. **¶** Et pacti s̄ pe-
cuniā illi dare et s̄posponit et
q̄rebat oportunitatē ut traderet
illū sine turbis. **¶** Nulla hodie
illud scelus qd̄ om̄n̄ ac m̄gr̄m̄
om̄q̄ suū penūā uendit̄ uelut
imane et nefariū exhorret nec
tamē cauet. **¶** Nā cū m̄mibz fal-

sū testimoniū contra quilibz dicunt
 pfecto qz veritate pro peccata
 negant dñm penūā vendunt.
 Ipē em̄ dixit. **Ego sū veritas.**
 Cū scieritē firmitatis aliq̄ discer
 di peste maculat dñm p dicit qz
 deus caritas est. Qui enā si nul
 lus penūāz debet dñm argētēis
 vendūt. qz pncipis sibi ymagi
 nē id est exempla hostis antiq̄
 negligā ditoris ad quā creati sū
 ymagine simūt. **Nā** sicut iohēs
 baptista qui p nō xpī cōfessione
 sed pro defēsiōe veritatis omibuit.
 ideo tñ pro xpō qz p veritate mar
 tiriū suscepit in cōfessioe qui
 veritatis et veritatis una spm̄
 xpī unqz qui est veritas et ca
 ritas prodit maxie tñ nō ifirmi
 tate uel ignorātia surripiete per
 rat sed in similitudine uide querit
 oportunitate ut arbitris abñm
 bus veritate mendacio virtute
 timē muret. **¶ Venit at̄ dies**
azimoz ī qua nōc̄ erit occidi
pascha et misit petru et iohā
nē dices. eūtes pate nobis pas
cha ut manducem⁹. Die azio
m̄ pasche xiiii. pmi mēsis appel
lat. qñ feruētō abicito. pascha
id ē agnus occidi cōsueuerat ad
vespam ut sup̄ iam dictū est.
¶ Qd̄ exponēs ap̄lus ait. **Etenī**
pascha n̄m̄ imolatus est xp̄s.
Hoc etenī pascha tūc nōc̄ erit
occidi hoc est patno consilio ac
diffinitioe sauatū qui licet die

sequēte hoc ē xv. annis h̄c
 tñ nocte qua imolabat agnus
 et carnis sanguisqz sui disci
 pulis tradit misteria celebrāda
 et a iudeis tentus ac ligatus
 ip̄s imolacionis hoc ē passio
 nis sue sacram̄t exordū. **¶**
At illi dixerūt ubi vis parem⁹.
¶ Nō habemus domaliū non
 hēmus tabnaculū audiat qbz
 edificandaz domoz cum ē et
 abiciofaz portū cogitat̄ istuc
 tio quos p̄no faz marmoz pō
 pā et distincta auro laq̄aria de
 lectant cōgnoscat xp̄m om̄i do
 minū qui locū ubi caput idi
 naret nō habuit et idcirco eū
 discipuli īrogant ubi vis pare
 mus tibi māduce pascha. **¶**
Et dixit ad eos ente īroeuētibz
uobis ī ciuitate occurret vobis
hō amphorā aq̄ portās sequi
cū in quā domū ītroiet. Indi
cū quippe p̄sne dimittis ē qz
cū discipulis loquēs qd̄ alibi fu
nurū sit nouit. Dulchre at̄ pa
turis pascha discipulis hō am
phora aque portās occit. ut on
dat hui⁹ pasche misterū p ab
lucione pfecta mūdi totius esse
celebrandū. Aqua quippe laua
chū grē. amphorā mēsurā p
frām sigt. Parant ergo pascha
ubi aque infert̄ amphora. quia
tempus videlicet adest quo ve
pasche cultozibz typicus et limi
ne tuoz auferat̄ et ad tollenda

rima viuisia fontis baptisma
 ofecet. **¶** Et dicens p[er]familias
 domus. dicit tibi m[ag]i[st]r[us] ubi est
 uulso[rum] ubi pascha cu[m] disci-
 pulis meis manducet. Con-
 sulte uel aq[ue] baiuli uel om[n]i domo
 p[er]missa uocabula ut o[mn]ib[us]
 pascha celebrare uolentib[us] h[oc]
 est xpi sacramentis ibi xpm
 sue mentis hospicio suscipere
 q[ui]rentib[us] facultas danda signet.
¶ Et ip[s]e uob[is] o[mn]iter cenaculu[m]
 magnu[m] stratu[m] et ibi pate. Cu[m]
 res aut[em] iueneru[n]t sicut dixit ill[us]
 et pauerunt pascha. Cenaculu[m]
 magnu[m] lex sp[irit]ualis e[st] que de
 angustis h[ab]e[re] egredies i[n] subli-
 mi loco rapit saluatore[m]. Na[m]
 qui adhuc o[m]dentem l[ib]er[um] serua-
 uit. qui no[n] aliud in agno q[uam] pe-
 nus intellexit iste miru[m] i[n] r[ati]one
 pascha fiant q[uia] sp[irit]us maiestate
 nemo op[er]e uide[n]s didicit. At qui
 aque baiulu[m] hor[um] e[st] gr[ati]e p[ro]p[ri]e
 i[n] domu[m] e[st] fuit fecutus. h[oc] p[er]
 sp[irit]u[m] uiuisiantem textu[m] h[ab]e[re] tran-
 scuto in alto mentis diuiso[n]o
 xpo[m] m[an]sione[m] p[ro]p[ri]am q[uia] cuncta
 uel pasche sacramenta uel rem
 legis decreta de eo scripta intelli-
 git. **¶** Et nu[m] facta esset ho[m]o dis-
 cubuit et xpi apli cu[m] eo. Hora
 manducandi pascha designat
 que ut sepius i[n]u[en]tu[m] est xiiii.
 die mensis p[ri]mi p[ro]ducta ad ves-
 pam et eo luna ia[m] tris appa-
 rente uix educta legis i[n]stabat.

¶ Et ait illis. Desiderio desideat
 in hor pascha manducate uobis
 cu[m] an[im]a[m] patiat. Desiderant p[ri]mo
 typicu[m] pascha cu[m] discipulis ma-
 ducate et sic passio[n]is sue m[ul]to
 misteria declamant. q[ui]nto et antiq[ua]
 legalisq[ue] pasche p[ro]bator existat
 et hoc ad sue disp[er]sio[n]is figuram
 p[ro]misse docendo carnalia ultra
 t[er]re ueni i[n] pasche lum[en] ad-
 uenisse dem[on]stret. Ad pulchre
 t[er]p[er]ib[us] iosue d[omi]nandi mane t[er]pe
 et ordo p[ro]figurant ubi scriptu[m] est. et
 fecerunt phaze xiiii. die mensis ad
 vespm in campestrib[us] iherico et
 comederunt de frugib[us] t[er]re die alia
 azimos panes et polenta[m] eusse
 am. defecitq[ue] mana postq[ue] come-
 derunt de frugib[us] t[er]re. nec usi s[un]t u[er]o
 abo illo filii isrl. Inquit iosue
 susceptu[m] defuncto moyse p[ro]p[ri]a. soli-
 tis aliq[ui] diu t[er]ris iordanem mane re-
 fuit alim[en]tis. quib[us] et ip[s]e q[ui]us
 agnito olimq[ue] gustato t[er]re p[ro]p[ri]o
 missio[n]is fructu r[ati]o[n]e exu ior-
 danem t[er]minat uultis petrim[us] can-
 didit et tres semis menses usq[ue]
 ad die[m]. s. pasche p[ro]p[ri]a[m] s[er]uati
 mana no[n] tollit. **¶** Moyse q[ui]ppe
 mortuo iosue d[omi]n[us] ordinar[is] q[ui]a
 lege i[n]ditiomb[us] pharizeor[um] ro-
 rupta xps i[n]carnat. iosue trans
 iordanem mana pascat et pascat
 q[uia] d[omi]n[us] usq[ue] ad temp[us] sui baptis-
 matis terminomas legis et ip[s]e
 seruat et a n[ost]ris seruari desiderat.
 Transducta plebe iordanem iosue

petra annūtiat q̄ baptisimū gr̄a
 celebrata. saluator enā cogita
 tionū q̄d lex nequeat illerebras
 fidei seueritate p̄ndit et nes se
 me ānos q̄ solito māna nutre
 bat. sacmētū legis q̄uis ad celestia
 p̄missa paulatī puom̄s ob
 seruaē nō cessat. donec p̄stro de
 sideratū pascha cū discipulis mā
 duc̄s. im̄ demū mane illucescēte
 mūdissima sui corpis et sanguis
 misteria in crucis altari cōsecrata.
 q̄i azima tre r̄promissiois ibue
 dis fidelibz offerat. Demqz q̄d
sequit̄. Q̄ dico enī uobis qz ex
hoc nō manducabo illud donec
impleat̄ in regno dei. Pr̄m̄o
 sue v̄bis d̄sonat nec vsi s̄ ultra
 cibo illo filij isrl̄. sed comederūt
 de frugibz terre chanaan ergo
 nō manducabo maq̄ illud con
 impleat̄ in regno dei id ē neq̄q̄
 ultra moysaycū pascha celebra
 bo donec ī etnā spūali itellectū
 d̄pleat̄. Ap̄a est enī regnū deite
quo alibi discipulis ait. Regnū
dei int̄ uos est. In quo regno
 hodieqz vetus pascha īpletum
 manducat. q̄n̄ ea q̄ moyses ru
 di pplō carnalr̄ obseruanda p̄ce
 pit in mēbris suis hoc ē in etnā
 spūalr̄ exeret. Et accepto ca
lice gr̄as egit et dixit accipite
et diuidite int̄ uos. Et h̄c alit̄
 ad uetus illud pascha cū finē
 desiderabat īponē p̄met. Quo
 accepto gr̄as egit ob hoc n̄m̄z

qz uetem tr̄sinura et uentā fue
 rant oīa noua. Q̄ dico enī
vobis qz nō bibā de generatioē
vitis donec regnū dei ueniat.
 Et quidē h̄c vsiculus et sim
 pliat̄ accipi qz ab hac hō tene
 usqz ad tempus r̄surrectiois
 quo in regno dei erit uetustus
 uinū bibiturus nō est. postea
 q̄ namqz illū abū potūqz sup
 fuisse testat̄ ap̄lus petrus q̄ ait.
 Qui manducauim̄ et bibim̄
 cū illo postq̄ r̄surrexit a mor
 tuis s̄ multo d̄sequit̄us ut sic
 sup̄ typicū agm̄ esū. sic enā
 potū pasche typicū neget se
 ultra gustatur donec ostēsa
 et manifestata r̄surrectionis
 sue gl̄ia regnū dei fides mūto
 adueniat. ut p̄ duo maxia le
 gis edita esū uidelicet potūqz
 paschalē spūalr̄ imutata dis
 ceres oīa legis sacmēta ul̄ ius
 sa que carnalr̄ sonare uidebā
 tur ad spūalē iam nūc obseruā
 tiā fuisse transferendā. Et
accepto pane gr̄as egit et fre
git et dedit eis dicens. Hoc est
corpus meū q̄d pro uobis dabit̄.
hoc facite in meā d̄memoratio
nē. Similis pasche uenis solep
nis que ī d̄memoracionē atiqz
de egypto liberationis agebat̄.
 tr̄sinr̄ ad nouū q̄d sue r̄ceptio
 nis mēoria etiam frequare de
 siderat ut uidelicet pro carne ag
 ni uel sanguine sue carnis sanguisqz

sacramentū in panis ac vini figurā
 substituens. Ip̄m eē mōstraret au-
 iurauit dñs et nō penitebit
 eū tu es sacerdos ierū s̄dm
 ordmē melchisedech. **F**ringit
 aut panē q̄ porrigit ut ostendit
 corpis sui fractionē nō sine sua
 sponte futurā. sed sicut alibi
 dicit patrē se h̄c ponēdi aīaz
 suā et iter sumēdi eā et sicut
 de veteribz t̄minādis egerat.
 sic et de nouis sapiendis patri-
 gn̄s agit nobis p̄r exemplū
 tribuēs in om̄i boni op̄is ihoa-
 cione uel p̄fectione patrē qui
 ē in celis esse glorificandū.
Qui cū v̄ba ip̄ius ponēt dicē-
 tis hoc ē corpus meū qd̄ p̄ uob̄
 fringit hoc facite in meā m̄mō-
 rationē. et iter h̄c ē calix no-
 uū testamētū in meo sanguine.
 hoc facite quonensūqz bibitis
 in meā m̄mōrationē. s̄būerit
 exponēdo et ait quonensūqz
 em̄ māducabitis panē h̄c et
 calicē bibens mortē om̄i annūa-
 bunt donec ueniat. **S**il̄ et
 calicē postq̄ renauit dicit h̄c
 calix nouū testā. in sanguine meo
 qd̄ pro uobis fundet. **Q**z dicit
 sil̄ et calicē subaudiit anothoy.
 noy. dedit eis ut sit plena sm̄a
 sil̄ et calicē postq̄ renauit de-
 tens dicit eis. **Q**ia ergo panis
 cōfirmat. unū uero sanguine opa-
 tur in carnē. h̄c ad corpus xp̄i
 m̄stice illud r̄fert ad sanguinē.

Denū qz et nos ī xp̄o et in nob̄
 xp̄m manē oportet. unū om̄nī
 aliis aqua miscet. **A**ttestante
 em̄ iohāne aque ppli s̄t. Et neqz
 aquā solā neqz solū unū sicut
 nec granū frumētū solū sine aq̄
 admixtiōe et cōfectiōe in panē au-
 q̄ offerre ne talis uidelicet oblatiō
 quasi caput a mēbris secerneōdi
 eē significet. ut ul' xp̄m sine m̄e
 r̄demptiōis amore pati potuisse.
 uel nos sine xp̄i passioe saluari.
 ac p̄r offerri posse cōdat. **Q**d
 si quē mouet cū tenatis salua-
 tor aplis suū corpus ac sanguinē
 im̄oideit. quare nos unūsalis
 em̄e cōsuetudie ieiunii cōream̄
 eadē sacramēta papē. **B**reuit̄
 audiat. **I**deo tūc tenatose cōm̄s
 se aplōs qz n̄c erat pascha illud
 typicū antea cōsumari et sic ad
 uen pasche sacramēta transire.
Qur̄ at in honore tanti m̄qz ter-
 ribilis sacramētū placuisse m̄gr̄is
 em̄e. p̄mo nos om̄ne passiois
 p̄tinapanōe m̄m̄ri. p̄mo sp̄uā
 libz epulis interius exteriusqz sa-
 nari ac demde tremis d̄cipibus
 corpus et uilibz esus r̄fia. **Q**d
 at dicit h̄c ē calix nouū testamē-
 tū in sanguine meo. ad distm̄tio-
 nē uenis testamētū respicit qd̄
 h̄uorū et uitulorū ē sanguine de-
 dicatū. dicēte n̄r̄ asp̄gendū le-
 gislatore h̄c sanguis testamētū
 qd̄ mandauit ad nos deus. **N**e-
 cesse ē em̄ exemplaria quidem

celestium hinc mundari ipsa aut celestia
 melioribus hostiis quam istis. unde
 quod apostolus per totam ad hebreos e-
 pliam in lege distinguit et
 euangelium pulcherrime exposicione
 et plenaria maiore declarat. **¶**
Verumptamen ecce manus tradens
 me meum est in mensa. **¶** Et quod
 filius hominis secundum quod diffinitum
 est. **¶** Verumptamen ve hominum illi per quem
 tradet. **¶** Sed de passione predicant
 eam et de portore predicant dantes
 locum penitentiae ut cum intellexeris san-
 ctionem suam et omnia con-
 silia penitentiae cum facti sui et tunc non
 designat spatium ne manifeste
 correptus impudenter fiet. **¶** Mittit
 tamen in numerum ut agat Iesus
 penitentiam. **¶** portat et penam ut
 quem pudor non vincat. corrigat
 tenuitatem supplicia. **¶** Sed et ho-
 die quoque et in sempiternum ve
 hominum illi qui ad mensam domini ma-
 lignis accedit qui infidens merito
 odinis qui peccatoris aliquo scelere
 pollutus misterior christi secretis
 participare non metuit. **¶** Et ille enim
 in exemplum iude filium hominis tradit
 non quidem iudeis peccatoribus sed in
 peccatoribus membris. videlicet suis
 quibus illud inestimabile et inuo-
 labile corpus domini violenter presu-
 mit. **¶** Ille dominum vendit qui eius
 amore ac timore neglecto frenat
 et inducit ymo et timosa plus
 amare et curare iurat. **¶** Ve in
 quod hominum illi de quo ihesus qui

altaribus sacrosanctis in immolanda
 dum utpote proposita desecaturus
 ad eum non dubitavit astantibus sibi
 ministris celestibus quoniam cogitur
 ecce inquit manus tradens me
 meum est in mensa. **¶** Et ipsi re-
 perit quod non se quis ex eis qui
 hoc facturum esset. **¶** Et tunc nonne
 inquit vi. apostoli qui nichil tale con-
 dominum cogitarent. sed plus tre-
 dit magis quam sibi et timentes
 fragilitatem suam. tristes quod de
 peccato suo conscientiam non habebant.
¶ Quia et iudas impudens sic ma-
 theus martirisque commemorat ut
 audacia bona conscientiam mentem.
¶ Facta est autem contentio inter eos
 quis eorum videtur esse maior. **¶** Sicut
 bonis esse moris solet in scripturis
 se exempla patrum precedentium quibus
 ad meliora proficiant quibus agnoscit
 de suis actibus humiliter magis sic
 contentio improbi si quod forte in elec-
 tis reprehensibile reperit quod suas
 ex eo nequias obrectum a pro iusto
 defensum libentissime solet amplecti
 in ideoque multo ardentius legunt
 quod facta est contentio inter discipulos
 christi quis eorum videtur esse maior quod
 quod multitudinis credentium erant tot
 unum et anima una. **¶** Multo insolentius
 tenacius quod facta est dissensio inter
 barnabam et paulum ita ut disce-
 deret ab iunctis. quod quod idem paulus
 ait cum enim sit inter vos zelus et
 contentio nonne carnales estis non-
 ne homines estis qui nobis infirmis

tas sanctorum miranda proponatur et non illud potius quod qualiter de firmitate fortes facti sunt in bello. Hoc maxime in loco ubi et ipsa contentio eorum cum est nobis incognita. **De** enim credibile est quod uerba hoc quod alibi precepit. **C**oncedite intrare per angustam portam. honore se iuue puenientes uex ex causa contenderit. nos potius non carnales adhuc discipuli quid gesserint. sed spiritualis magister quod iusserit uideamus. **Q**uod ait eis. **reges gentium dominantur eorum et qui potestate habent super eos beneficia uocantur. uos autem non sic sed qui maior est in uobis fiat sicut minor et a professor est sicut ministrator.** Certantibus de potestate discipuli per magister eos non iure contentio arguit sed formam quam sequatur humilitatis modesta ratione describit. **In** qua tamen forma optima. maiores et professores id est doctores eorum non minima discendi opus habent uidelicet regum gentium instar dominari subiectis. **se**quitur ab eis gratularentur superuacue laudibus attolli. sed exemplum regis eorum quasi maiores eis quibus regendis pre sunt efficiantur ac ministri quia minime necesse est ut sic bene agentibus per humilitatem sint socii. quoniam contra delinquentium uicia per telum iusticie sint erecti. ut et bonis in nullo se preferant et cum prior culpa erigit protinus potestate sui

